

## PORTVGALLIA.

PORTVGALLIAM impropie Lusitaniam appellant, cum alioqui nec tota Portugallia Lusitaniae finibus circumscripta sit, nec totam Lusitaniam complectitur: illud tamen negari non potest, potio- rem Lusitaniae partem Portugalliae Regi parere. Diuiditur vero Portugallia in Transtaganam, Cistaganam, & Interamnem. Transtagana Beticam partem carpit, eam scilicet, quae ab Ana fluuio ad Regni limites porrigitur. Interamnem appello Portugalliam, quae est inter Durium & Minium fluuios, Regio non minus amœna quam fertilis. Hæc Interamnis tota extra Lusitaniam est, nisi repudiata descriptione posita, Straboni magis accedamus, qui ait, maximam Lusitanorum partem Callaicos appellatos. Huius Regionis longitudo est duodecim leucae; latitudo qua maxima est, duodecim; alibi tantum sex, aut etiam quatuor. Atque in hoc tam exiguo terræ interuallo, præter Ecclesiam Bracarensem Metropolitanam, & Portugallensem Cathedralē, ac alias quinque Collegiatas, reperias plusquam centum triginta Monasteria, quorum pleraque redditus habent amplissimos: præterea plus minus mille quadringentas sexaginta Parochiales, cum suis Baptistis, ut scribit quidam. Certè in ea parte, quae Bracarensem agnoscit Ecclesiam, octingentæ recensentur. Ex qua re fertilitatem & Religionem antiquam gentis facile agnoscas. De amœnitate verò quid opus est dicere, cum in ea numerata sint ultra viginti quinque millia fontium perennium: Pontes quadrato lapide elegantissime constructi, propè ducenti: portus marini sex. Quod propterea minimè tacendum duxi, quia bonitas & dignitas huius Prouinciæ ferè ignoratur. Huic Prouinciæ adhæret ea quam Transmontanam appellant, Regio optimi tritici, generosique vini ferax, in qua est Brigantia, caput amplissimi Ducatus. Hæc ex Vaseo. Vide etiam Marineum Siculum, Seb. Munsterum. De huius Regni origine, lege primum caput Decadam Asiaticarum Iohannis Barri. Huius Regni Urbem primariam Vlissiponam descripsit Damianus à Goes peculiari libello.

Lusitanorum Imperium hodie quàm latissime patet; nam ab Herculis columnis vsque ad Chinam & Lequios per omnes Prouincias marittimas Insulasque adiacentes extenditur.





**PORTVGALLIAE**  
 que olim Lusitania, nouissima  
 & exactissima descriptio, auctore  
 re VERNANDO ALVARO SECCO

**GVIDONI ASCA**  
**NIO SFORTIAE SRP**  
 E-CARD. CAMER. Lihiles statu-  
 sal.  
 Lusitaniam VERNANDI ALVARII industria descriptam tibi ob  
 gentis nostrae patrocinium dicamus, Gualdo Sfortia. Hic ho-  
 mines incredibili virtute ac felicitate profecti, des Orbis terrarum  
 partes obierunt. Iste magna partem in Provincia redierunt: in  
 numerabiles insulas, quarum aut nomen tantum, aut ne nomen qui-  
 dem vltim exibat, primi patefecerunt, idque occupauerunt.  
 Astiam terram beatissimi sibi stipendiarium fecerunt: re-  
 morisq; nationes Ihesu Christi cultum, religionemque  
 docuerunt. Vale. Romae XIII.  
 Calendae Junias,  
 Anno. M.  
 CCCC.  
 LX.

Climatis	Gradi 38	quarti	finis	Gradi 39	Principium	Climatis	Gradi 41	quinti	et	Gradi 42	finis	Gradi 43 et	Principium	Gradi 43	sexti
----------	----------	--------	-------	----------	------------	----------	----------	--------	----	----------	-------	-------------	------------	----------	-------

Cum privilegio



